

COMMUNION Luke 12: 42

Fidélis servus et prudens, quem constituit dñus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

POSTCOMMUNION

Ut nobis, Dñe, tua sacrificia dent salutem: beatus Johann Confessor tuus, et Doctor egregius, quesumus, precator accedat. Per Dñum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

(Commemoration of St. Chrysogonus, Martyr)

Tui, Dñe, perceptio sacramenti, et a nostris mundetur occultis, et ab hostium liberemur insidiis. Per Dñum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

The faithful and wise servant, whom his lord setteth over his family: to give them their measure of wheat in due season.

We beseech Thee, O Lord, that blessed John, Thy Confessor and illustrious Doctor, may approach to pray for us, that these Thy sacrifices may bring us salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

By the participation of Thy sacrament, O Lord, may we be cleansed from our hidden sins and delivered from the snares of our enemies. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**MASS PROPER: NOVEMBER 24, ST. JOHN OF THE CROSS,
DOCTOR OF THE CHURCH**

MASS *(In medio)* (white)

INTROIT Ecclesiasticus 15: 5

In medio Ecclesiae aperuit os ejus: et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus: stolam gloriae induit eum. (Ps. 91: 2) Bonum est confiteri Domino: et psallere nomini tuo Altissime. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. In medio Ecclesiae aperuit os ejus: et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus: stolam gloriae induit eum.

In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. He clothed him with a robe of glory. (Ps. 91: 2) It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. He clothed him with a robe of glory.

COLLECT

Deus, qui sanctum Joannem Confessorem tuum atque Doctorem perfectae sui abnegationis et Crucis amatorem eximium effecisti: concede; ut, ejus imitationi jùgiter inhærentes, gloriam assequamur æternam. Per Dñum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

O God, Who didst make Thy holy confessor and doctor, John, a man of perfect self-denial and an eminent lover of the cross, grant that, continually applying ourselves to imitating him, we may attain unto everlasting glory. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(Commemoration of St. Chrysogonus, Martyr)

Adesto, Dñe, supplicationibus nostris: ut, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Chrysogoni Martyris tui intercessio liberemur. Per Dñum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

Give ear, O Lord, to our supplications, that we, who know ourselves to be guilty by reason of our own iniquity, may be delivered by the intercession of blessed Chrysogonus, Thy martyr. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

EPISTLE 2 Timothy 4: 1-8

Carissime: Testificor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicaturus est vivos et mortuos, per adventum ipsius, et regnum ejus: prædica verbum, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia, et doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac evangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor, et tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo repõsita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, justus iudex: non solum autem mihi, sed et iis, qui diligunt adventum ejus.

GRADUAL Psalms 36: 30, 31

Os justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur iudicium. Lex Dei ejus in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus ejus.

LESSER ALLELUIA**Ecclesiasticus 45: 8**

Allelûja, allelûja. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. Allelûja.

GOSPEL Matthew 5: 13-19

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neque

Dearly beloved, I charge thee, before God and Jesus Christ, who shall judge the living and the dead, by His coming, and His kingdom: preach the word: be instant in season, out of season: reprove, entreat, rebuke in all patience and doctrine. For there shall be a time when they will not endure sound doctrine, but according to their own desires they will heap to themselves teachers, having itching ears: and will indeed turn away their hearing from the truth, but will be turned unto fables. But be thou vigilant, labour in all things, do the work of an evangelist, fulfill thy ministry. Be sober. For I am even now ready to be sacrificed: and the time of my dissolution is at hand. I have fought a good fight, I have finished my course, I have kept the faith. As to the rest, there is laid up for me a crown of justice, which the Lord, the just Judge, will render to me in that day: and not only to me, but to them also that love his coming.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment. The law of his God is in his heart: and his steps shall not be supplanted.

Alleluia, alleluia. The Lord loved him and adorned him: He clothed him with a robe of glory. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: You are the salt of the earth. But if the salt lose its savor, wherewith shall it be salted? It is good for nothing any more but to be cast out, and to be trodden on by men. You are the light of the world. A city seated on a

accendunt lucernam, et ponunt eam sub módio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolite putare quoniam veni solvere legem aut prophetas: non veni solvere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum et terra, iota unum aut unus apex non præteribit a lege donec omnia fiant. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.

OFFERTORY Psalms 91: 13

Justus ut palma florébit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur.

SECRET

Sancti Joannis Confessoris tui atque Doctoris nobis, Domine, pia non desit oratio: quæ et mûnera nostra conciliet; et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

(Commemoration of St. Chrysogonus, Martyr)

Oblatis, quæsumus, Domine, placare munéribus: et, intercedente beato Chrysógono Mártire tuo, a cunctis nos defénde periculis. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

mountain cannot be hid. Neither do men light a candle and put it under a bushel, but upon a candlestick, that it may shine to all that are in the house. So let your light shine before men, that they may see your good works, and glorify your Father who is in heaven. Do not think that I am come to destroy the law, or the prophets. I am not come to destroy, but to fulfill. For amen I say unto you, till heaven and earth pass, one jot, or one tittle shall not pass of the law, till all be fulfilled. He therefore that shall break one of these least commandments, and shall so teach men, shall be called the least in the kingdom of heaven. But he that shall do and teach, he shall be called great in the kingdom of heaven.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up, like the cedar of Libanus.

May the holy prayer of St. John, Thy Confessor and Doctor, fail us not, O Lord: may it render our offerings acceptable, and ever obtain for us Thy pardon. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Be appeased, O Lord, with the gifts offered Thee, and, by the intercession of blessed Chrysogonus, Thy martyr, defend us from all dangers. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.